

735

I C O D I C E S

736

IV. fol. 214. *Sermo de Penitentig.* Initium: *Paenitentes Penitentes. penitentes. si estis penitentes. et non estis inridentes &c.* Est quidem inter *Augustinianos* edit. cit. T. V. numero CCCXCIII. col. 1506. sed, ut ibi notatur, reperitur etiam truncatus inter Opuscula *Ambrosii* et *Caesarii*. Sed et apud *Augustinum* non nisi Fragmentum Sermonis mihi videtur. Quae in edit. post medium uncinis inclusa sunt, neque noster *Codex* agnoscit, quocum legere malo: *felices hinc eunt, et: expectat enim tunc reconciliari, quam: felices hinc erunt, et: expectat etiam &c.* quod habent Edita.

CCXXX. VII. H. 35.

713 Codex membraneus lat. Sec. XI. Folior. 28. 4. non una manu exaratus sequentia exhibet: I. Epistolam D. *Augustini*, quae inscribitur: *Domino Eximio et merito insigni atque honorabili filio Bonifacio*, et incipit: *Jam rescripseram karitati tuae sed cum epistole dirigendae occasio quaereretur &c.* Militis Christiani forma designatur his literis scriptis circa an. 418. ut censent *Mauriani* T. II. *Opp.* qui col. 697. eas n. 189. reponere.

II. fol. 4. p. 2. Incipit *Paulini Episcopi. Ad Beatum Augustinum Episcopum. Augustino Paulinus.* Initium est: *De paucis quae nunc iam ad nauem currente litterarum perlatores &c.* *Nolanus* hic Episcopus est, qui circa an. 410.

Augustino Quaestiones e Psalmis, Apostolo et Evangelio proponit. Epistola legitur T. *suprac.* col. 355. n. 121. In *Cod.* habetur: *dum cartbagini hiemarem pro hyemares.* Sed illud versus finem: *curam de solatio ejus habuisset, cum Edit.* conspirat.

III. fol. 14. p. 2. Incipit *Ejusdem Beati Augustini Ad Eundem Paulinum.* Initium: *Beatissimo et venerabiliter desiderabili &c.* *Quod de peruentione tam prospera fratris &c.* Responsum est ad praecedentem Epistolam, et legitur T. cit. col. 503. n. 149. ubi anno 414. adfigitur eo, quod antea Responsum ad *Paulinum* non pervenerit. Habet *Codex* cum Edit. *rescripseram pro scripseram. Indicat pro indicant. Conscientie malorum pro retributione malorum.* Sed pro *occulte quippe sunt miseri legit occulta vel occulti.* Item *verius Israel pro verus.* Item *sed electorum pro dilectorum.* Ceterum in omnibus III. *Epistolis* Textus valde correctus est.

CCXXXI. VI. F. 7

Codex membraneus lat. Sec. 39^r X. Folior. nunc 112. 4. egregie scriptus et rubricis distinctus sequentia D. *Augustini* complectitur Opuscula: I. *Liber de Bono Coniugali.* Initium: *Quoniam unusquisque homo humani generis pars est &c.* Finis: *sed propter christum coniuges. propter christum patres fuerunt.* Extat *Opp.* edit. *Maur.* T. VI. *Paris.* 1685. col.

319.